

Abſinthij, & Abrotoni cura, auxilia, & ſecreta. CAP. XXIII.

Sicut in hoc mundi theatro rerum omnium
 Sparsens illa, iucundis triſtia, & dulcibus ama-
 ra remiſcet, ita ego in hac hortenfium historia,
 ſuauiſibus inſuauiſia miſcebo: & gratis ingrata: ni-
 mirum abſinthij & abrotoni plantas, quæ tam
 odore, quàm ſapore iniucundo, nulli placent.
 Abſinthij genera tria eſſe conſtat, vnum vulgare,
 Gallis Aluina vocatum, ac ſi diceres aloina, ab
 inſigni amarore aloës, quem præ ſe fert. Noſtra-
 tes Borbonij Fortum, à forti & vehementi odo-
 re ac ſapore nuncupant. Huic Ponticum Galeno
 maximè ſimile eſſe traditur, à Ponto nomen ha-
 bens, vbi pecora illo pingueſcere, & ob id ſine
 felle inueniri autor eſt Plinius. Veteres huius fo-
 lia paruulis dabant in fico, vt amaritudinem fal-
 lerent: aut illitis melle vaſculi labris, eorum de-
 coctum propinquant: quod Lucretius his verſi-
 bus eleganter expreſſit,

*Ac veluti pueri abſinthia tetra medentes
 Cum dare conantur, prius oras pocula circum
 Intingunt mellis dulci flauoq; liquore.*

Semen cōtra
 lubricos &
 barbotina.

Alterum genus Seriphium vocant ſeu marinum,
 cuius ſemine medici vermibus & lumbricis cor-
 poris necem moliuntur: & ob id, ſemen contra
 lumbricos nuncupant. Gallicum vulgus barbo-
 tinani, & mortem vermium: quas appellationes
 officinæ egregiè norunt. Tertium ſantonicum
 dicitur gentili regionis vocabulo: quod vt reli-
 quis minus eſt, ita amarore multò mitius. Ho-
 die in plurimis hortorum areis paſſim feri ſolet:
 imò

imò verò de coma acetarijs remisceri, summo
ventriculi & hepatis commodo ac beneficio.

Abrotonum duorum generum esse conspici-
tur, vnum mas, alterum fœmina: vtrique amari-
tudo absinthij inest. Fœmina Dioscoridi qua-
dam arboris specie fruticat, & ob id multis Cy-
pressus appellatur, folijs circa ramulos minutim
concisis candicans, & auri fulgore corymbis in
fastigio rutilans, cui odor cum quadam grauita-
te subiucundus adesse solet, & sapor amarus. Mas
folijs constat non vsque adeò albicantibus, estq;
illius frutex furculosior. Galli Latinos imitati
vtrunque abronum, duabus literis extritis nun-
cupant: adhuc custodem vestiarij, quòd arma-
rijs sparsum vestes à tineis vindicet. Alfiosum est
admodum tam hoc quàm illud: quare frigus mul-
tùm reformidat, Solèq; nimio læditur, suo se ca-
cumine propagas. Theophrastus radice vel auul-
so ramulo, potiùs quàm seminio, germinare pro-
didit. Sed mirari licet cùm calida dote sit prædi-
tum, cur frigus tantoperè horreat, & æstum non
ferat. Idem Theophrastus rationem in infirmita-
te collocat: nam viribus tam cōtra frigus, quàm
contra æstum, longè est impar.

Abrotonum

vestes à ti-
neis vindi-
care.Abrotonum
nec frigus
nec æstum
ferre.

Fragariæ, Frambœsij, & Grossularij vel Gro-
sellarij, cura, auxilia, & secreta.

CAP. XXV.

DV M fœtus hortenses qui supra terram ex-
stant percurrerebamur, fragaria describenda descriptio
erat: quia verò tunc nobis, nescio quo fato, exci-
dit memoriâ, hoc loco restituenda venit. Her-
cherriam.

I 3 bula